

dierum indulgencias has ipsis misericorditer in domino relaxando.

Honorabilis vir dominus Godefridus episcopus Osnabrugensis dedit in consecracione huius capse xl dierum indulgencias visitantibus presentes reliquias.

Es folgen mehrere Auszüge aus bischöflichen und päpstlichen Ablauskunden zum Besten der Osnabrücker Kirche. Unter diesen Zusätzen aus dem 15. Jahrhundert verdienen nachfolgende Zeilen als Ergänzung des Reliquienverzeichnisses eine wörtliche Wiedergabe:

Anno verbi incarnati millesimo quadragesimo trigesimo tercio in profesto Primi et Feliciani martirum ista crux submota fuit de medio lectorii chori Osnaburgis et disiuncta ob illuminacionem picture eius. Et in capite invente sunt reliquie infrascripte, ut antiqua circa eas inventa tradunt scripta. Primo de ligno dominice crucis. De Adam prothoplasto. De sancto Petro apostolo. De sancto Paulo. De sancto Bartholomeo apostolo. De sancto Matheo apostolo et ewangelista. De sanctis Crispino et Crispiniano patronis. De sancto Ciri(co). De Innocentibus. De sanctis Allexandro, Cyrico, Exuperancio, Januario, Quintiliano et ... martiribus. De sancto Berengario episcopo O[sna-brugensi]<sup>1</sup>. De sanctis Regina, Lucia, Juliana (?) ..., Felicola virginibus<sup>2</sup>.

### 3.

## Zwei Erlasse des Propstes Heinrich zu Buxtehude und des Bischofs Berthold von Verden zur Besserung der Sittenzustände im Kloster Buxtehude.

Mitgeteilt von

R. Doeber.

### 1.

1475, November 9.

Hinricus prepositus Buxtehudensis divinorum vicerectori in Buxtehude in domino salutem. Licet enim cunctis clericis et

1) Bischof Benno II. († 1088). Vgl. hierzu wegen der Bezeichnung Berengar Mitteil. des Ver. f. Gesch. u. Landeskunde von Osnabrück, Bd. 15, S. 231, Note 1. — Wegen der Heiligkeit siehe Osnabr. Gesch. qq. II, S. 37: sin hillige licham.

2) Der Text der beiden letzten Zeilen durch Beschädigung des Originals verderbt.

maxime in sacris ordinibus constitutis cohabitacio mulierum sub formidabilibus canonum penis eciam usque ad suspensionem a divinis sit interdicta, verum eciam non tantum continua cohabitacio scilicet tam activa quam passiva visitacio Jeronimo dicente: ,Hospiciolum tuum non terat pes mulieris, et si ibi peccatum nullum adasset, scandalum tamen maxime inde apud pusillos de visitacione suspectarum generaretur, a quo per omnia dominus in evangelio preservare precipit dicens: ,Qui<sup>1</sup> scandalisaverit unum de pusillis istis que in me credunt etc., et Paulo<sup>2</sup> teste non tantum ab omni malo set a qualibet specie mali sit abstinentium. Horum et aliarum fere horribilium scripturarum comminacionibus moti, quamvis prius verbotenus nostre jurisdictionis clericis vicibus iteratis mandavimus, ut penitus a se omnes concubinas reicerent nec tempore aliquo visitare se permetterent, ut deo sacrificium laudis eo purius redderent exemplaresque boni in populo ut tenentur essent, et ne sacrilegi crimen incurrerent oblaciones et bona suorum beneficiorum et ecclesie que nullis nisi post sustentacionem clericorum pauperibus debentur indignis tribuendo. Nichilominus variorum relatibus proch dolor auribus nostris insonuit, quod certi de presbitris nostre jurisdictionis animarum suarum salutis penitus immemores omni dei timore postposito admodum aspidis surde aures suas contra tonitrua variarum scripturarum eciam angelorum auribus tremebunda et nostras exhortaciones et mandata obturantes certas mulierculas cum quibus prius suspecti erant clam et palam se visitare permittunt in sacrarum scripturarum et nostrorum mandatorum vilipendium, quibus tamen melius foret, ut jam non tantum visitacionem suarum suspectarum secluderent set eciam dictim commissa cum eisdem juventutis tempore totis viribus cum lacrimis deplangerent ac tocens quo ciens oculis easdem conspicerent in recordacionem commissorum in fletum prorumperent. Quare adhuc eosdem nos qui in novissimo pro animabus eorundem et omnium subditorum nostrorum coram tremendo judice rationem sumus reddituri de faucibus dyaboli quibus ut appareat sunt absorpti eripere volentes ac quantum possumus ut sub magnis canonum artacionibus tenemur in plenum reformare ac a dampnacionis jugo cui alias indubie eternaliter sine ulla spe salutis si non emendaverint se deparentur liberare. Vobis igitur in hiis scriptis in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena trium tamen dierum canonica monitione premissa precipimus et mandamus quatinus omnes et singulos nostre jurisdictionis presbistros publice et peremptorie moneatis et requiratis. Quos eciam et nos presentibus conjunctim et divisim requirimus et monemus, ut adhuc infra sex dierum spacium quo-

1) Matth. 18, 6.

2) 1 Thes. 5, 22.

rum dierum sex duos pro primo duos pro secundo et duos pretercio ac peremptorio monitione assignavimus omnium mulierum suspectarum cohabitacionem et activam ac passivam visitacionem omnino et penitus a se rejiciant nec aliquo tempore se visitare sub pena suspensionis ipso facto a cunctis obvencionibus chori ecclesie sancti Petri tam memoriarum, panum et consolacionum permittant, mandantes collectoribus dicti chori nostra auctoritate tam memoriarum quam panum, ut quam cito cohabitacio suspectarum aut activa vel passiva visitacio de aliquo istorum sacerdotum per vicariorum tam laycorum quam clericorum relacionem innoverit, quod tunc mox talem sacerdotem in memoriis, consolacionibus et panibus sine ulla gracia antecedant, suam porcionem ciste communitatatis tribuendo donec et quoisque, sic suspectus aut denunciatus suam suspicionem medio suo juramento, si per testes visitacio probari non poterit, coram omnibus sacerdotibus dicti chori aut ad minus duobus vel tribus senioribus in hoc facto tunc non reis purgaverit et donec et quoisque deo, ecclesie et nobis nichilominus de hujusmodi rebellione et commissione sit satisfactum. Non obstantibus eciam aliquomodo certis admissionibus dictorum sacerdotum quod ratione visitacionis aut cohabitacionis antiquarum concubinarum ante officium panum et edicionem statuti desuper sonantis quod nullus horum in panibus privari deberet cuius concessionis tamquam inique si saltem sic per vicarios sit indulsum tenorem per omnia revocamus, volentes et mandantes, ut omni tempore futuro sub pena dicta tam quo ad juniores et seniores dictum statutum conformiter observetur. Datum anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto die vero Jovis nona mensis Novembris dicte nostre prepositure sub sigillo presentibus inferius appeno.

Auf dem Umbuge: Executa sunt presencia mandata in armario ecclesie sancti Petri Buxstehudensis in vigilia annunciacionsis Marie coram vicariis singulis per me Johannem Holscher cappellanum ibidem anno domini M<sup>o</sup>CCC LXX<sup>o</sup> VI<sup>o</sup>.

Nach dem Original im Staatsarchiv zn Hannover (Depositum Buxtehude n. 530) mit dem gut erhaltenen Siegel des Propstes Heinrich zu Buxtehude am Pergamentstreifen.

## 2.

Lüneburg im Hofe des Bischofs von Verden.

1476, März 12.

Bartoldus dei et apostolice sedis gracia episcopus Verdensis. Universis presentibus requisitis et presertim preposito, viceplebano ac ceteris beneficiatis et presbiteris opidi Buxthehudensis nostre diocesis in domino salutem. Cum enim presens mandatum de

inhibicione visitacionum mulierum tam activam quam passivam clericis sub privacione memoriarum, consolacionum et panum continet juxta modum et formam in eodem expressa, idcirco nos qui pre cunctis subditorum nostrorum omnium saluti intendere tenemur attendentes ex canonum tradicionibus clericis cohabitacionem non tantum sub penis temporalibus verum eciam sub excommunicacionis suspensionis et comminacionis pene eterne inhibitum. Quare omnia prescripta a domino preposito Buxthehudensi juxta tenorem presentis mandati data presentibus approbamus, ratificamus et confirmamus, volentes, ut omnia hec per dictos beneficiatos et singulos sacerdotes opidi Buxthehudensis presentes et futures imperpetuum conserventur, mandantes singulis predictis sacerdotibus sub suspensiōne ac interdicti penis, ut infra trium dierum spaciū post quarum noticiā cohabitacionis aut active vel passive visitacionis mulierum suspectarum cum aliquo eis innotuerit contra omnes tam conjunctim quam divisiōne presens mandatum transgredientes ad execucionem hujus mandati videlicet ad privacionem memoriarum, consolacionum et panum procedant et statutum ac consuetudines ac literam per eos dudum sigillatam per omnia in robore suo conservent, in cuius litera penam omnes contrarium facientes ipso facto presentibus declaramus incidisse, decernentes eciam quod presens mandatum per montem mandatorum nullatenus exspiret set imperpetuum in suo robore permaneat. In quorum omnium premissorum fidem presens transfixum dicto originali coappendimus ac nostri sigilli appensione cum subscripcione notarii nostri corroboravimus. Datum Luneborg in curia nostra episcopali anno domini milesimo quadringentesimo septuagesimo sexto duodecima die Marcii.

Ad mandatum prefati domini Episcopi Verdensis  
Hermannus Dalenborch notarius subscrīpsit.

Nach dem Original im Staatsarchiv zu Hannover (Depositum Buxtehude n. 533). Siegel ab.

## 4.

## Zum Briefwechsel Calvins.

Von

**Paul Wernle** in Basel.

In Band XXV, S. 157 ff., dieser Zeitschrift hat Karl Müller eine Reihe Corrigenda im Thesaurus epistolicus Calvinianus des C. Ref. aufgezeigt, speziell für den Verkehr Calvins mit Frank-